













6

**PRAECIPVA  
IVRIS PATRONATVS  
ECCLESIARVM PROTE-  
STANTIVM VULGARIS  
CAPITA,**

1715, 21  
245

**QVAE  
AVSPICE DEO  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DOMINO CAROLO,**

5  
21

**PRINCIPE BORUSSÆ, MARCHIONE BRANDEN-  
BURGICO, CETERA,  
IN REGIA FRIDERICIANA,  
PRÆSIDE  
DN. CHRISTIANO THOMASIO,**  
JCTO, REGIO CONSILIARIO INTIMO, UNIV. FRIDER.  
DIRECTORE, ANTECESS. PRIMARIO, FACVLTATIS  
JURIDICÆ ORDINARIO ET h. t. DECANO,

**PRO LICENTIA**

**Summos in Utroque JURE HONORES atque PRIVILEGIA  
DOCTORALIA consequendi,**

*ad XXIX. diem Aprilis Anno MDCCXV. Horis ante- & pomeridianis*

**IN AUDITORIO MAJORI  
Publicæ Eruditorum ventilationi exponit**

**IO. GOTHOFREDVS NEVBER, Lipl.**

**HALAE MAGDEBURGICAE,  
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.**



PRINCIPALIS  
VIRI PATRONATUS  
ECCLESIAE PROT  
STATUTUM VILGARIS  
CAPITA

ANNO DOMINI  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SARAVATIENSIS RAVINIAE AC DOMINIO  
DOMINUS CAROLUS  
PRINCIPIS BAVARIAE, MARCHIONIS BRUNNEN  
SIS, CETERA

IN REGIA FRIDERICIANA  
DR. CHRISTIANO THOMASIO  
REGIO CONSILIO INTIMO UNIV. FRIDER  
DIRECTOR ANTIQV. PRIMARIO, FACULTATIS  
PUBLICAE ORATIONE ET REGANO

PRO LICENTIA  
Suae in hoc loco sua Honores sive Privilegia  
Doctoratus ad obtinendum  
Ioh. GOTTHEREDVS NEYBERGER





IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESV  
CHRISTI, QUI CUNCTARUM ECCLESIA-  
RUM PROTESTANTIVM ADHUC PATRO-  
NUS PRAEPOTENS EST AC ERIT.



*N* Consistoriis Evangelicis JURIS PA-  
TRONATUS Argumentum oppido fre-  
quens esse, dubio caret. Inde quoque  
complures in eodem desudarunt. Ex  
quibus imprimis notus est SIGISMUN-  
DUS FINCKELTHAUSIUS, quondam  
J.Cius Lipsiensis magni nominis, cuius  
integer ac satis prolixus de Jure Pa-  
tronatus Ecclesiastico Tractatus extat. Enim vero illum in  
multi saepius magnopere hallucinari, nullus a praevitiis im-  
munitatem temere diffitebitur. Quapropter operam me non male  
collocasse arbitror, quod praecipua huius materiae Capita cum  
cura sub examen revocare, veraque a falsis sequestrare, ani-  
mum induxerim. Controversias, quas alii magno numero  
cumularunt, sed in Ecclesiis nostris usum perquam exiguum  
habent, de industria praetermissi. Singula succinctis ac per-  
spicuis Aphorismis, omni suco prorsus neglecto, comprehendere  
placuit. Auctores cito probatissimos, ex quibus illa, quae stri-  
ctim interdum sunt notata, plenius intelligi poterunt.

DEVS autem ausibus benedicat?

# JURIS PATRONATUS ECCLESIARUM PROTESTANTIUM VULGARIS.

## APHOR. I.

*Juris Patronatus vulgaris natus.*



Us Patronatus German. das Pfarr-oder Kirchen-Lehn/Pfarr-Recht (a) Ecclesiarum Protestantium vulgare, (b) est ius (c) Consistorio [d] personam habilem (e) ad munus Ecclesiae (f) vacans vel etiam aliquando ad vacaturum [g] consequendum, praesentandi [h].

(a) vid. *Synod. Gen. Decret. d. an. 1624. §. Gleichwie wir. O. Eccl. El. Sax. Rubr. von Veruff und Annehmung der Kirchen-diener §. Zum vierdten. B. SECKEND. §. Staat P. 2. c. 13. §. 3. FINCKELTH. Tr. de Jur. Patron. c. 1. n. 13.*

b) Diversitas inter Jus Patronatus vulgare ac Regium.

(b) A quo ius Patronatus REGIUM, quod in Protectione Ecclesiarum consistit v. B. *TIT. Probe des G. R. L. 1. c. 7. §. 2. I. Prin. L. 9. c. 4. §. 25.* discerni par est. Illud singulis territoriorum dominis competit v. *BRUNN. I. E. L. 2. c. 8. §. 1.* ibique B. *STRYK. Note variorum ad I. I. Can. LANCEL. L. 1. r. 28. n. 543. §. 2. LYNKER. ad Decret. L. 3. t. 38. §. 2. SWEDER. I. P. part. spec. Sect. 2. c. 12. §. 2.* Interim Saluo illo iure statuum, Imperator adhuc hodie Aduocatus Ecclesiarum vniuersalis, etiam Protestantium, esse debet. v. *Capitul. Caroli VI. §. 1. B. STRYK. Exam. I. F. c. 4. qu. 41. HORN. I. P. Pr. c. 41. §. 35.*

Imperator Aduocatus Ecclesiarum Vniuersalis est.

(c) Siue Facultas v. *FINCKELTH. d. rr. c. 2. n. 2. TIT. Probe*

be

de d. l. §. 18. I. Priu. c. l. §. 5.

(d) Cave vocabulo Episcopi heic vti malis; Nam illud vti que Papatum redolet.

(e) v. Tir. Probe d. l. 44. I. Priu. d. l. §. 19.

(f) Vnde differt Ius Patronatus de quo agimus, ab illo Iure Patronatus apud Pontificios, quod in præsentatione ad beneficia Ecclesiastica Episcopatum & Commendarum consistit. Tir. Probe des G. R.

f) Aliud Ius Patronatus apud Pontificios.

l. 7. §. 1. I. Priu. IX. 4. 25.

(g) v. c. 8. X. de Iur. Patron. c. 13. X. de Concess. præb. FINCKELTH. d. tr. c. 6. n. 129. CARPZ. L. 1. D. 16. 17. 18. SCHILT. I. I. Can. L. 1. t. 14. §. 29.

(h) Exinde liquet, Ius Patronatus nec cum Iurisdictione Ecclesiastica, FINCKELTH. d. tr. c. 2. n. 20. nec Seculari. Id. d. tr. c. 6. n. 75. aliquid commune habere; Nec ab hac ad illud argui posse. Diff. Tit. I. Priu. d. l. §. 24.

h) Ius Patron. nec cum Iurisd. Ecclesiast. nec Secular. aliquid commune habet; nec ab hac ad illud argui potest.

II.

Illud (a) post Reformationem ex Papismo (b) in plerisque (c) Ecclesiis Euangelicis retentum (d) vel de nouo (e) introductum est.

(b) Iuris Patronatus Ecclesiar. Protest. vulg. origo.

(a) Circa Iuris Patronatus primordia multum disceptant. Non pauci hæc ad Iustiniani tempora obferunt. v. FINCKELTH. d. tr. c. 1. n. 9. seq. BRUNNEM. l. c. §. 1. Enimvero primordia Iuris Patronatus multo antiquiora sunt. v. B. STRYK. in Not. ad Brunnem. I. E. d. l. Du BOEHMER. Additam. ad Schil. I. I. Can. d. l. §. 1. add. Eiusd. Origin. Præter. mater. I. E. c. 17. §. 1. seq.

a) Illius primordia ad Iustiniani tempora perperam referuntur.

[b] v. t. r. X. de Iur. Patron. c. vnic. d. t. in 6. Clem. 1. seq. et d. b) De valore I. Can. in consuetud. Iur. Patr.

Atque in dubio iuxta dispositionem Iuris Canonici etiam

Hoc ad Eccle-  
 clesias Cethe-  
 drales non  
 pertinet.

c) In Ecclesiis  
 liberis colla-  
 tio locum  
 habet.

etiam in Ecclesiis Euangelicis, qua controuersias  
 iuris Patronatus pronuciari oportet v. *TIT. I. Priu.  
 d. l. §. 7.* Rationes autem, ob quas Clerus Papalis hoc  
 ius Laicis concefferit, expromit *Id. in der Probe d.  
 l. §. 7. §. I. Priu. c. l. §. 4.* Ceterum ad Ecclesias Cethe-  
 drales & Collegiatas, ius Patronatus se non exten-  
 dit v. c. 51. *X. de Elect. B. STRYK. in Not. ad Brum. I. E. d.  
 l. §. 5.* Notæ variorum ad *Lancel. d. l. n. 535. §. 2.*

(c) Præter Ecclesias enim Patronatus dantur etiam  
 Liberæ v. *FINCKELTH. d. tr. c. 2. n. 35. CARPZ. d. l. D. 21.  
 n. 1.* In his collatio locum habet. *LYNCK. d. l.*

(d) v. *TIT. in der Probe d. l. §. 16. I. Priu. c. l. §. 7.*

(e) v. *Id. cc. ll.*

III.

Diuiditur  
 Ius Patron.  
 in Persona-  
 le ac Reale;  
 in Heredit.  
 ac familia-  
 re seu Gen-  
 titium.

Diuiditur in personale, quod per se & singu-  
 lariter consistit, non annexum vlli Castro, vel aliis  
 bonis, (a) & reale, quod prædiis cohæret. (b)  
 Præterea in Hereditarium, quod ad quascunque  
 heredes etiam extraneos, (c) ac familiare seu Gen-  
 titium, [d] quod ad illos tantum, qui sunt de san-  
 guine atque familia [e] fundatoris, transit.

a) Ius Patron.  
 personale non  
 transit ad fi-  
 scum publi-  
 cis bonis  
 patroni.

b) Reale in  
 venditione  
 prædii pro  
 certa summa  
 æstimatur.

[a] Vsum habet hæc distinctio in quæstione, an  
 fiscatis bonis Patroni, ius Patronatus transeat ad Fi-  
 scum? Et non transit, sed manet penes delinquen-  
 tem, si personale sit. *PARING. ad tit. de Iure Patron.  
 §. 57. p. 615.*

[b] Inde quoque in venditione prædii, ius patrona-  
 tus pro certa summa æstimari solet. *FINCKELTH.  
 d. tr. c. 5. n. 17.* Transit enim ius patronatus reale cum  
 prædiis ad omnem possessorem. v. c. 13. *X. de iure*

*Patron.*

Patron. etiam ad maritum fundo in dotem dato. v. FINCKELTH. *d. tr. c. 6. n. 15. seq.* B. STRYK. *in Not. ad Brun. I. E. d. l. §. 15.* Imo & ad viduam ratione dotalitii, nisi speciatiim exceptum sit. Dn. BOEHMER. *Additam. d. l.*

(c) Transfit quidem ius patronatus ad fundatoris heredes omnes, sed in solidum v. c. l. X. *de iur. Patron.* Ex quo consequitur, illos vnum duntaxat votum habere. *Clem. 2. de iure Patron.*

(d) Præsupponit hoc ius Patronatus familiare, specialem reservationem Patroni in fundatione Ecclesiæ, & vsum habet hæc distinctio in quæstione, an extincta familia patroni, transeat ius patronatus ad heredes extraneos. v. PIRHING. *d. l. §. 2. p. 614.* TELLEZ. *ad c. 2. de iure patron. n. 5. inf.*

(e) Hinc iuris Patronatus familiaris agnati, at minus cognati capaces sunt. *Fac. l. 195. §. 2. ff. de V. S. l. 8. C. de relig. & sumt. sum.*

IV.

Diuisionis Iuris Patronatus in Ecclesiasticum

(a) ac Seculare, (b) Vsus, in Ecclesiis Euangelicis nullus (c) est.

(a) Quod ex Ecclesiæ bonis adquiritur, illique competit. v. BRVNN. *I. E. d. l. §. 7.* ibique B. STRYK.

(b) Quod Clerico vel Laico ratione proprii patrimonii tribuitur. BRVNN. *d. l.* Dn. BOEHMER. *in Additam. d. l. §. 4.* Hoc in dubio præsumi volunt. v. ME-NOCH. *L. 3. Præsumt. 53.* Dn. BOEHMER. *d. l.* Vtrumq; vero ita differt. Patronus secularis intra quatuor; sed Ecclesiasticus intra sex menses præsentare tenetur. v. c. *unc. de iur. patron. 6.* FINCKELT. *d. tr. c. 6.*

Ad omnem possessorem, etiam ad maritum fundo in dotem dato; Imo & ad viduam ratione dotalitii tranfit.  
c) Ius Patronatus ad heredes fundatoris sed in solidum transmittitur.  
d) Ius Patronatus familiare præsupponit specialem reservationem Patroni. Huius diuisionis usus.  
e) Iuris Patronatus familiaris, cognati capaces non sunt.

Diuisio iuris Patronatus in Ecclesiasticum ac Seculare in Ecclesiis nostris usu caret.  
a) Ius Patronatus Ecclesiasticum.  
b) Seculare.

Utriusque  
differentia  
exponitur.

✿ (8) ✿

*n. 81. seq. Tit. Probe d. l. §. 14.* Huic non illirerum  
Ecclesiasticarum rationes exigere. *LYNCK. d. l. §. 3.*  
Illi in presentando variare, non huic licet. *v. c. 29.*  
*X. de iur. Patron.* Not. var. ad Lancellot. *b. 1. n. 547.*  
Patronus secularis indignum presentans facultate  
presentandi ne illa quidem vice *arg. c. 4. X. de Offic.*  
*iudic. ordin.* bene ecclesiasticus *v. c. 7. §. Cleric. X. de E-*  
*lect.* *LYNCK. d. l. priuatur.* Denique Legatus a late-  
re in praedictum huius, non autem illius benefici-  
um conferre valet. *v. c. 28. X. de iur. Patron.*

c) Limitatio.

(c) Id quod ex iuribus, quae diuisio ista parit, collige-  
re in procliu est. Add. *TIT. Probe d. l. §. 29. I. Priu.*  
*c. l. §. 22.* Nisi forsan Patronus Pontificiae religioni  
addictus *v. FINCKELTH. d. l. n. 73.* Ius Canonicum  
stricte sequi velit. *TIT. dd. ll.*

V.

Præsentationis  
Partes sunt:  
Nominatio,  
Electio, Vo-  
catio, Præ-  
sentatio

stricte dicta  
a) Finckelth.  
res præsentationis partes  
statuens notatur.  
b) Electio ac  
præsentatio  
Partes iuris  
Patronatus  
essentiales,  
ad Nomina,

Ius Patronatus cuius Aphor. I. h. meminit, in  
præsentatione præcipue consistit. Hanc vero  
quatuor (a) Partibus, nimirum Nominatione, E-  
lectione [b] Vocatione ac Præsentatione stricte  
dicta absolui, omnino verius est.

(a) Non tribus ceu *FINCKELTH d. l. c. 2. n. 11.* arbitra-  
tur, electionem omittens, propterea a B. *TIT. in der*  
*Probe d. l. §. 19. I. Priu. c. l. §. 9.* recte notatus.

(b) Electionem ac præsentationem, partes iuris Pa-  
tronatus essentielles; Nominationem vero & Voca-  
tionem, naturales adpellat. B. *SCHULT. in I. l. Can. L. 1.*  
*t. 13. §. 9.* A quo quodammodo dissentit B. *TIT. in*  
*der Probe d. l. §. 20. I. Priu. d. l.* At cur Diuisionem  
hanc reiicere velis, non satis causæ subest.

VINO-

Nominatio (a) est actus (b) quo quidam NATURA  
ex futuris Ministris (c) Ecclesiæ (d) ad concionem NOMINA-  
Pirasticam (e) ad Electionem (f) sistuntur. TIONIS.

(a) Hanc a Patrono fieri, indubitati iuris est vid. O. a) Hæc a Pa-  
*Eccl. El. Sax. Rubr. von Beruff und Annehmung der trono fit.*  
**Kirchen-Diener** §. Zum vierdten. Carpzov. *L. 1. D. Limitatio.*  
*22. n. 3. j. c. fin. X. de iur. Patron. sed compara I. P. O. Libero illius*  
*& M. art. 7. §. 1. Illaque libero eius arbitrio relin- arbitrio relin-*  
*quitur d. O. Eccl. ad Res grav. de an. 1612. Rubr. von quitur.*  
**Consistorial-Sachen n. 1. seq.** Carpz. *d. l. D. 24. Nisi Pacto*  
*Pacto Carpz. d. l. D. 25. vel Lege Prouinciali ad in- vel Lege pro-*  
*digenas vel stipendiarios sit restricta. v. Arr. Gan. I. vinciali aliud*  
*§. Wollen wir hiemit. Synod. Decret. p. 4. §. Gleich- cautum.*  
*wie wir. Carpz. d. l.* Sæpius etiam a Potentiori-  
bus commendatorum ratio habenda est. **TIT. III**  
**der Probe d. l.**

(b) v. **TIT. Probe L. 2. c. 4. §. 24. I. Priv. L. 9. c. 7. §. 8.**

(c) Concionator vero Aulicus ac Superintendens ab e) Conciona-  
Ipsomet Imperante constituitur. v. Carpz. *d. l. D. 19. tor Aulicus*  
**Brunn. I. E. d. l. §. 21. ibique B. Stryk. Tit. Probe L. I.** ac Superin-  
*c. 7. §. 43. I. Priv. L. 9. c. 4. §. 18.* tendens ab  
Ipsomet Imperante con-  
stituitur.

[d] Etiam Scholarum v. *d. O. Eccl. Rubr. Schul-Ordn.* d) Patronus  
**§. Demnach so off.** Carpz. *d. l. D. 14.* Sed ius Pa- etiam Mini-  
tronatus per se non necessario includit Nominati- stros Schola-  
onem Custodis vel Ludimoderatores des Dorff- rum nomi-  
**Schulmeisters** v. Dn. Bœhmer. *I. Eccl. Pr. L. 1. t. 27.* nat.  
*n. 6.*

(e) Ad illam nemo absque præseitu Superinten- e) Ad concio-  
dentis admittendus est v. *d. O. Rubr. vom Exami- nem Pirasti-*  
**ne** cam sine præ-

scitu Superintend. nemo admittitur, nisi usus locorum aliud seruet.

Superintend. non peccat si cum Candido, examen aliquod, ante concionem ab eo habendam, instituat Concione Piraistica omiſſa vocatio non est nulla.

Aſcendens nullam concionem pirasticam; Sed aliorſum vocatus conuivalem habet. f] Nomina Praeſentandorum ex ſuggeſtu Parochianis publicare moris est.

ne aller Kirchen-Diener ſ. alſo iſt auch. *Res grav. c. l. n. 5. Carpzov. d. l. D. 35.* Nisi usus locorum aliud seruet v. Brunn. *I. E. L. 1. c. 5. §. 15. Lynck. ad Decret. l. 1. t. 22. §. 4. Tit. Probe d. l. §. 25.* Interim non peccat Superintendens si ante concionem, examen aliquod cum Candidato instituat. vid. *Res Grav. d. l.* Nam interdum nonnullis heic alieno vitulo arare solenne est. Nec hæc concio facile intermitteri debet; Qua tamen omiſſa, eapropter vocationem nullam non dixerim v. Tit. *Probe d. l. §. 26.* quamvis Carpz. *d. l. D. 34.* ob *d. O. Eccl. El. §. alſo iſt auch.* secus opinetur. A Ministro Ecclesie iam in munere constituto ad maiorem dignitatem *arg. c. 4. X. de Translat. Episc.* in eodem loco adſcendente nulla Concio Pirastica; Ab illo vero qui aliorſum vocatur concio conuivialis eine *Gast-Predigt* haberi solet vid. Tit. *Probe d. l. §. 48. I. Priv. d. l. §. 18.*

(f) Vnde nomina præſentandorum ex ſuggeſtu menſis aut octidui ſpatio antea parochianis publicari ſolent, vt in Eorum vitam, mores ac doctriſinam inquirere poſſint. vid. *Schilt. d. l. §. 34. Lynck. d. l.*

VII.

NATURA  
ELECTIO-  
NIS.

Electio [a] est actus [b] quo ex pluribus nominatis vni idoneo (c) cum (d) vel sine (e) consensu Ecclesie munus Ecclesiasticum sub conditione confirmationis superioris (f) confertur.

a] Circa Ele-

[a] Circa hanc maiora valent v. c. 3. *X. de iur. Patron. Brunn.*



J. Brunn. *I. E. d. l. §. 18.* ibique B. Stryk. *Carpz. d. l. D. 47.* Schilt. *d. l. §. 16.* Eaque etiam per sortem fieri potest v. *c. fin. X. de Sortil. Carpz. d. l. Tit. Probe d. l. §. 29. I. Priv. d. l.* Interdum compatroni alterius vicibus eligunt. Schilt. *d. l. Lynck. d. l. §. 8.* Vel etiam si plane inter se convenire non possunt, res a Consistorio deciditur. *Carpzov. d. l. D. 78.* Schilt. *d. l.* De conditione defuncti Pastoris viduum vel filiam in vxorem ducendi v. *Carpz. d. l. D. 40.* Brunn. *I. E. L. 1. c. 5. §. 16.* ibique B. Stryk. Schilt. *d. l. §. 24. Tit. Probe L. 1. c. 7. §. 44. I. priv. L. 9. c. 4. §. 19.*

(b) v. *Tit. Probe d. l. §. 27. I. priv. d. l. §. 10.*  
 (c) In nostris Ecclesiis in eligendo præter sanam doctrinam v. *O. Eccl. El. d. l. j. rubr. vom Examine aller Kirchen-Diener §. Erstlich & Rubr. wie ein Kirchen-Diener von den Consistorialien Art. Gen. 1. §. Da sie aber.* Finckelth. *d. tr. c. 6. n. 68.* *Carpzov. d. l. D. 59. 60.* Cum primis quoque sanctimonia vitæ exigitur. *d. O. j. Art. Gen. 16.* Finckelth. *d. l. n. 56. seq.* *Carpz. d. l. D. 61. seq.* Brun. *I. E. d. l. §. 10.* Dn. Boehm. *I. E. pr. L. 1. t. 14. §. 4. seq.* Insuper lure Canonico ante XXX. annum, Episcopus ac Presbyter; Diaconus ante XXV. Subdiaconus vero ante XX. annum ordinari prohibentur v. *c. 4. 5. 6. 7. Dist. 77. c. 7. X. de Elect.* Quæ sanctis inter Evangelicos minus attenditur. v. *Finckelth. d. tr. c. 6. n. 61. seq.* B. Stryk. ad *Brunn. I. E. d. l. §. 11.* *Lynck. ad Decret. L. 1. §. 14. §. 5.* *Tit. Probe d. l. §. 17. I. priv. d. l. §. 6.* Iure Canonico etiam ordinum ratio habetur. Inde nemo ad Regimen Ecclesie parœcialis admit-

tionem miora valent. Ea per sortem etiam fieri potest. Interdum Compatroni alternis vicibus eligunt; Vel etiam si inter se convenire non possunt, res a Consistorio deciditur.

c] In eligendo cum sana doctrina, cum Sanctimonia vitæ exigitur.

Aetatis quæ Iure Canon. in Clericis requiritur, in ecclesiis protestant. ratio minus habetur.

Promotio Clericorum per sortem nec Iure Can.

nec in eccle-  
sis Nostris  
regulariter  
admittitur.

titur, nisi ad minimum Subdiaconus sit v. c. 5. X. d. etat. & qualit. ac nullus in Episcopum eligi potest, nisi qui vel Subdiaconi, vel Diaconi, vel Presbyteri ordinem acceperit v. c. 9. X. eod. c. vnc. X. de Cler. per salt. promot. Lynck. d. l. §. 7. Nec heic mores Ecclesiarum protestantium regulariter discrepant v. d. O. Eccl. El. rubr. vom Examine aller Kirchen-Diener §. Zum fünften. j. Rubr. wie ein Kirchen-Diener §. Weil auch bis daher nicht geringe Unordnung. Brunn. I. E. d. l. §. 11. ibique B. Stryk. Schilt. d. l. §. 21. Dn. Bœhmer. c. l. §. 7. confer. tamen Lynck. ad Decret. L. 5. t. 29. §. 2.

d) In exerci-  
tio iuris Patr.  
triplicem statu-  
tum concurrere,  
erroneum est.

(d) v. d. O. Eccles. El. rubr. vom Examine aller Kirchen-Diener §. also ist auch unser Wille j. rubr. Wie ein Kirchen-Diener. s. Wenn aber ein Commun. Carpz. d. l. D. 30. 31. 37. 38. Schilt. d. l. §. 17. Tit. I. Priu. l. 9. c. 4. §. 10. Qui heic triplicem statum, Ecclesiasticum, Politicum, ac Oeconomicum, Vehr = Wehr = und Mehrstand/ concurrere debere censent v. Finckelthaus. d. 11. c. 2. n. 26. & c. 6. n. 78. 79. Carpz. d. l. D. 27. & L. 3. D. 106. n. 12. Brunn. I. E. d. l. §. 1. errorem errant. v. Tit. Probe L. 2. c. 7. §. 24. I. Priu. d. l. §. 11. In quantum vero circa singulas iuris Patronatus partes, consensus Ecclesie necessarius sit, id ferme unice ex consuetudine cuiusvis loci dependet. v. Tit. I. priu. d. l. §. 9. Non raro Electio ad Præcipuos de populo e. gr. in Frisia orientali, pertinet v. Dn. Bœhmer. I. E. pr. L. 1. t. 6. §. 15. In ciuitate Hannouerana Senatui ius nominandi, sed Parochianis ius eligendi relictum est. Id. d. l. In ciuitate Hallensi in tribus Parochialibus Ecclesiis a Col-

An & quous-  
que circa sin-  
gulas iuris  
Patron. partes,  
consensus  
Ecclesie sit  
necessarius  
consuetudo  
cuiusvis loci  
seculo spe-  
ctanda.

a Collegio Octouirorum cum Praefecto ararii Ecclesiastici electio fieri soenit. Id. *d. l. §. 16.*

(e) At Diaconus ab eo, qui Iure Patronatus gaudet, sine consensu Pastoris eligi non potest. v. *Art. gen. AVGVSTI Elect. Sax. de an. 1577. §. Die Diaconen aber soll der Pfarr nebst dem Rathe wehien. Carpz. d. l. D. 37.* Idem Iure Ecclesiastico Magdeburgico cautum. Dn. Böhmer. *I. E. pr. L. 1. t. 23. §. 20.*

e] Diaconus a Patrono sine consensu Pastoris eligi non potest.

(f) siue Consistorii.

VIII.

Vocatio [a] est actus (b) quo electio litteris [c] vel viua voce (d) electio significatur.

NATVRA VOCATIONIS.

(a) Quam Patrono ad certum tempus restringere fas non est. Carpz. *d. l. D. 41. n. 2.*

a] Hanc Patrono ad certum tempus restringere fas non est.

(b) v. Finckelth. *d. tr. c. 2. n. 14. & c. 6. n. 5. seq. Carpz. d. l. D. 22. n. 2. seq. Tit. Probe L. 2. c. 4. §. 30. I. Priv. l. 9. c. 7. §. 11.* In multis locis ius vocandi est penes Senatam, sed ius praesentandi penes Principem, vel Administratores Ecclesiae v. Schilt. *d. l. §. 11.* Dn. Böhmer *I. E. pr. L. 1. t. 9. §. 34.*

c] Patronus litteris Vocacionis, Clausulas insolitas inferere, prohibetur.

(c) Quibus Patronus clausulas insolitas inferere prohibetur. Carpz. *d. l. D. 20. Tit. cc. 11.*

(d) Quod accidit in vocatione custodum v. Carpz. *d. l. D. 81. n. 3. seq. Dn. Böhmer. I. E. pr. L. 1. t. 27. §. 4. quam Pastore sciente fieri oportet. v. Art. Gen. 37. Carpz. d. l. D. 77. seq. Dn. Böhmer. c. l. §. 7.*

d] Cultodes oretenus vocantur; Eorum Vocaciones Pastore sciente fieri oportet.

IX.

Praesentatio stricte dicta [a] est actus [b] quo

NATVRA PRAESEN-

TATIO- quo Patronus (c) electum ac vocatum Consistorio  
NIS. sistit.

a] Ad hanc aliquando consensus Superintenden-  
tis desideratur ; illi iure Canonico certura tempus  
præstitutum est, quod in terris Electo-  
ratus Saxonie ob annum gratiæ minus  
curatur.  
Quo elapso, Patronus nimis negligens a Consistorio sub  
comminatione monetur.

(a) Ad hanc aliquando consensus Superintenden-  
tis requiritur vid. Carpzov. *d. l. D. 46. Brunn. I. E. d. l. §. 17.* Eique iure Canonico quatuor vel sex  
menses utiles vid. *Aphor. IV. h. lii. b.* sunt præstituti,  
quod spatium in Terris Electoratus Saxonie ob annum gratiæ haut  
obseruatur. vid. Finckelth. *d. tr. c. 6. n. 93. seqq. Carpzov. d. l. D. 15.* Hoc autem  
elapso, Patronus moras nectens a Consistorio monetur, ut intra  
certum terminum peremptorium præsentet nouum Pastorem cum  
Clauſula: *Daß in dessen Verbleibung die Pfarrr vor  
dismahl ex officio, jedoch dem Iuri Patronatus  
unschädlich / ersetzt werden solle.* vid. *Ord. Eccles. El. Sax. Rubr. von  
Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener §. Wann aber.* Carpz. *d. l. Lynck. ad  
Decret. L. 1. t. 22. §. 6. Dn. Boehmer. I. E. Pr. L. 1. t. 10. §. 8.*

(b) vid. Tit. Probe *d. l. §. 32. I. priu. d. l. §. 12.*

c] Patronus non se ipsum nisi habeat  
Compatronos, sed Pater filium  
præsentare potest.  
Tutor nomine Pupilli ;  
Minor sine Curatore  
præsentat.

(c) Hic se ipsum præsentare non potest. v. c. 26. *X. de Iur. Patron.* Finckelth. *d. l. n. 29. Brunn. d. l. §. 17.* ibique  
B. Stryk. Nisi habeat Compatronos. Lynck. *ad Decret. L. 3 l. 38. §. 9.* Sed Pater filium præsentare  
minus impeditur *arg. c. 25. X. de Præb.* Finckelth. *d. l. n. 31.* Tutor nomine pupilli. *Id. d. l. n. 42.* Minor ipse sine Curatore præsentat. *arg. c. 3. in f. de iudic. in 6. Diff. Id. d. l. n. 45.*

X. Hanc

Hanc Præsentationem quum Examen ac Ordinationem, tum Confirmationem strictè dictam ac Inuestituram consequi, notum (a) est.

*De Actibus qui Præsentationem consequuntur.*

(a) vid. Tit. Probe L. 2. c. 4. §. 21. I. Priu. d. l. §. 13.

XI.

Examen (a) est actus (b) quo Consistorium (c) in vocati Ministri Ecclesiæ (d) vitam [e] ac Eruditionem [f] inquiri.

*NATURA EXAMINIS.*

(a) Illud rectius vocationi vid. Schilt. d. l. §. fin. Tit. Probe d. l. §. 36. vel præsentationi Dn. Boehmer. d. l. §. 6. præmitteretur. Omnes autem hoc subire tenentur, etiam illi, qui per translationem ab una Ecclesia in aliam vocantur. Id. d. l. §. 7. Alicubi tamen hoc casu id plane negligitur, nisi quis ex infimo ordine ad Ecclesiæ magnæ Præfecturam vocetur. vid. Ord. Eccles. Elect. Sax. Rubr. wie ein Kirchen-Diener von den Consistorialen. §. Damit man aber. Dn. Boehmer. d. l. Quandoque cum Candidato saltem colloquium instituitur. v. Dn. Beyer disp. Inaug. de Compet. Consist. Euang. hab. Ienæ Anno 1714. ib. 15. lit. b.

a) Hoc rectius Vocationi vel Præsentationi præmitteretur. Examinandi sunt omnes, etiam per translationem ab una Ecclesia in aliam vocati, nisi aliud receptum. Aliquando cum Candidato colloquium instituitur.

(b) v. Tit. Probe d. l. §. 3. I. Priu. d. l.

c) Consistorium aliquibus ex Theologis, non omnino exclusis Politicis, examini committitur; alibi ministerium examinat.

(c) v. Carpz. d. l. D. 49. n. 2. quod aliquos ex Theologis, non omnino exclusis Politicis, delegat vid. Carpz. d. l. n. 17. Dn. Boehmer. I. E. pr. L. 1. t. 12. §. 3. Ast ubi Consistorium deficit, Ministerio examini a Magistratu committitur. Dn. Boehmer. d. l.

[d] Et

d) Etiam Ludimoderatorum res examinantur.

e) Examinandus, vitæ in-  
tegritatis testi-  
monia pro-  
ducere debet,  
quæ, iudicia-  
lia an extra-  
judicialia  
sint, parum  
interest;  
At his solis  
tuto fides ha-  
beri nequit.

d) Etiam Ludimoderatoris v. O. *Eccl. El. Sax. rubr. von der Election, Examine und Amt eines jeden Schulmeisters Art. Gen. 37. Carpz. d. l. D. 79. seq.*

(e) v. *Can. 2. dist. 23. c. 19. X. de Elect. Dn. Bœhmer. d. l. §. 8.* Hinc a Candidato testimonia vitæ ante a-  
ctæ produci debent v. O. *Eccl. El. Sax. rubr. vom Examine aller Kirchen-Diener §. Zum vierdten. & rubr. von Beruff und Annehmung derselben §. Zum vierdten. Dn. Bœhmer. d. l. §. 5.* Iudicialia an Extrajudicialia sint, nihil interest. *Id. d. l. §. 10.* Interim fidem tantum faciunt de honestate externa. *Id. d. l. §. 11.* Quæ vero minus exhaurit qualitates illas, quas Scriptura S. in quovis Ministro Ecclesiæ requirit v. *1 Timoth. IV. v. 12. seq.* Nec illis solis tuto fides haberi potest. v. O. *Eccl. El. rubr. vom Examine aller Kirchen-Diener c. l. quum ea crebrius emendicata esse soleant. Dn. Bœhmer. d. l.*

f) Forma Examinis cum Candidato suscipiendi.

(f) Inprimis Candidatus examinandus est de summis Religionis Nostræ Capitibus *d. O. Eccl. §. Zum Sechsten.* Præterea inquirendum, vtrum satis innutritus sit doctrina Librorum Symbolicorum; An diuinis Litteris neglectis ex Systematibus solummodo respondere calleat; Indeque ab illo postulandum, vt responsiones dictis Bibli-  
cis corroboret, eorumque sensum exprimat, quo constat ob er auch selbst solche Zeugniß in der Bibel gelesen. *Dn. Bœhmer. c. l. §. 13.* Neque minus in iis quæ officium Pastorale ac Praxin Theologicam respiciunt, vires futuri Ministri Ecclesiæ explorandæ. *Id. d. l. §. 14.* Ac vtique præstat

stat examen in vernacula non latina lingua fieri. Idem *d. l. §. 16.* Quo peracto, deliberandum, an ille admittendus, an vero repellendus. Id. *d. l. §. 17.* Promotio tamen Candidati sub Clausula Commissoria ut is, nisi intra biennium sufficientem eruditionem sibi parauerit, remoueatur, merito improbat. v. B. Stryk. *in not. ad Brunnem. I. E. d. l. §. 23.* Dn. Bœhmer. *d. l.*

Promotio  
Candidati  
sub Clausula  
Commissoria  
improbat.

XII.

Ordinatio [a] est actus (b) quo examinatus adhibitis precibus (c) ac ceremoniis Christianis, in numerum Clericorum (d) recipitur.

NATVRA  
ORDINA-  
TIONIS.

(a) Hæc originem habet ex libertate Christiana v. *Act. IX. v. 12. 17.* Tit. *Probe d. l. §. 39. l. Priu. d. l. §. 14.* Dn. Bœhmer. *l. E. pr. L. 1. t. II. §. 17.* & *Eiusd. Orig. Præc. mater. l. E. c. 11. §. 10. seq.* Pontificiis ne quicquam dissentientibus v. *c. 9. c. 1. qu. 3. c. 5. 7. de Consecr. D. 5.* Atque in Ecclesiis nostris a Superintendentibus cum Ministerio v. *Carpz. d. l. §. 51. n. 6.* præfente populo Dn. Bœhmer. *d. l. E. §. 21.* die dominico. Id. *c. l.* vel alio, peragitur. Nemo vero ordinare potest, nisi qui ipse ordinatus est. Dn. Bœhmer. *d. l. §. 6. seq.*

a) Illius origo Libertati Christianæ adscribenda.

In Ecclesiis Nostris Ordinatio a Superintendentente cum Ministerio fit. Non ordinatus, ordinare non potest.

(b) v. Tit. *cc. II.* Carpz. *d. l.*

(c) v. *O. Eccl. El. Sax. rubr. Gemeine Form und Weise/ auf welche ein neuer Kirchen-Diener. J. Art. Gen. 1.*

(d) Iure Canonico ordinatio characterem indelebilem ordinato conciliat. v. *c. 30. 66. 97. c. 1. qu. 1.* De cuius effectibus confer. Dn. Bœhmer. *Schilt. illustr.*

d) Protestant. nec characterem indelebilem quem I. Cap. ordinatio or.

alinato con-  
ciliat, nec e-  
iusdem effe-  
ctus admit-  
tunt.

*illuſtr. L. 1. t. 15. §. 5.* Sed illum Proteſtantes recte  
reſciciunt. v. *Eiuſd. I. E. pr. L. 1. t. 9. §. 7.*

XIII.

NATVRA  
CONFIR-  
MATIO-  
NIS.

Confirmatio ſtriſte dicta eſt actus (a) quo  
a Conſiſtorio (b) ordinatus (c) Miniſter (d) in  
munus Eccleſiaſticum ius in re (e) conſequi-  
tur.

(a) v. *Tit. Probe d. l. §. 42. I. Priu. d. l. §. 16.*

(b) v. *B. Stryk. in not. ad Brunn. I. E. d. l. §. 25.*

e) Ordinatus  
iuramentum  
Religionis  
praſtare, ac  
libros ſym-  
bolicos ſub-  
ſcribere tene-  
tur.

[c] Illum praſtare oportet (I.) Iuramentum Reli-  
gionis v. *Carpz. d. l. D. 50. & L. 3. d. 16.* Cuius for-  
mulam ex *O. Eccl. Vinar.* adducit *Dn. Boehmer.*  
*in I. E. Pr. L. 1. t. 12. §. 19.* quod fidelitatem ac ſub-  
iectionem continet. *Id. d. l. §. 20. ſeqq.* (II.) Li-  
bris Symbolicis ſubſcribere. v. *Carpz. d. l. Tit.*  
*cc. II. Dn. Boehmer. d. l. §. 18.* Nonnunquam et-  
iam imperans, alii religioni addiſtus, a Miniſtro  
Eccleſiaſtiae litteras reuerſales exigit vid. *Brunnem.*  
*I. E. d. l. §. 20.* ibique *B. Stryk.* De quarum mo-  
ralitate ex illis, quae circumſtant, iudicari con-  
venit.

(d) Etiam *Cuſtos* v. *Carpz. d. l. D. 83. ſeq.*

e) Miniſter  
Eccleſiaſtiae lit-  
teras confir-  
mationis in  
originali ac-  
cipit.

[e] v. *Lynck. d. l. §. 7.* Quo nomine miniſter Ec-  
cleſiaſtiae litteras confirmationis in originali accipit.  
*Carpz. d. l. D. 52.*

XIV.

FORMA  
INVESTI-  
TVRAE.

Inueſtitura [a] Germ. die Einweiſung / eſt  
actus [b] quo per Superintendentem [c] Mini-  
ſter



ster confirmatus, Ecclesiæ suæ præficitur, ac in possessionem officii actualem (d) solenniter deducitur.

(a) Hæc non est simplicis necessitatis v. Carpzov. *d. l. D. 54. Mev. P. III. Dec. 133. seq.* Vnde in aliquibus Ecclesiis plane non est in usu, sed prævia notificatione Minister Ecclesiæ munere fungitur. v. Tit. Probe *d. l. §. 45. l. Priv. d. l.* Ad investituram autem consensu Patroni opus est v. *O. Eccl. El. Sax. Rubr. Gemeine Form und Weise. Carpz. d. l. D. 55.*

a) Hæc non est simplicis necessitatis. In aliquibus Ecclesiis plane cessat. Ad illum consensu Patroni opus est.

(b) v. Finckelth. *d. Tr. c. 2. n. 19. Carpz. d. l. D. 54. Tit. Probe d. l. §. 44. l. Priv. d. l. §. 17. Dn. Bœhmer. Schilt. Illust. L. 1. t. 16. §. 4. seq.*

c) Superintendens mediante concione solenni

(c) Hic mediante concione solenni Inuestituram alicubi peragit v. Carpz. *d. l. n. 2. Brunn. I. E. d. l. §. 27. Dn. Bœhmer. d. l. §. 6.* Immo in nonnullis locis ipsimet Patroni ius inuestiendi habent, Dn. Bœhmer. *d. l. §. 7. seq.*

ne Inuestituram peragit. Alicubi ipsimet Patroni ius inuestiendi habent.

(d) vid. Carpzov. *d. l. n. 1. Lynck. d. l. sumtus ad Investituram necessari ex Aërario Ecclesiastico Carpz. d. l. D. 53. 56.* in subsidium vero a Parochianis præstantur. Id. *d. l. D. 57. 58.*

d) Sumtus ad Investituram necessari ex Aërario Ecclesiastico; In subsidium autem a Parochianis præstantur.

XV.

Acquiritur Ius Patronatus partim modis Ordinariis, veluti Fundatione (a) Aedificatio-

Modi Ius Patronatus adquirendi



sunt vel ne (b) Dotatione (c) ac Reaedificatione (d) Ecclesiae, sed omni casu aecedente Eius, qui τὸ νόμιον in Republica habet (e) consensu; Partim Extraordinariis, puta Praescriptione [f] ac Priuilegio Domini territorialis [g].

Ordinarii e.g. Fundatio, Aedificatio, Dotatione ac Reaedificatio Ecclesiae; vel Extraordinarii e.g. Praescriptio ac Priuilegium domini territorialis.

a) Aedificans templum, ius patronatus acquirit, licet id expresse sibi non reseruet. Limitatio est in Ecclesiis Collegiatis.

b) Plures coniunctim ad exstruktionem templi sumtus subministrantes omnes simul Patroni sunt, Vasallus templum in fundo feudali aedificans

Ius Patronatus recte sibi vindicat. Abusu inter Euangelicos acquisitionis iuris patronatus per Aedificationem,

(a) vid. c. 25. X. de Iur. Patron. Finckelth. d. Tr. c. 4. n. 44. licet fundator id iuris expresse sibi non reseruauerit vid. Finckelth. d. l. n. 50. Brunnem. I. E. l. 2. c. 8. §. 5. ibique B. Stryk. Nisi Ecclesia collegiata sit, tum enim reseruatio expressa necessaria est. Brunnem. d. l. At haec Limitatio in Ecclesiis Protestantibus usum exiguum habet.

(b) vid. c. 30. c. 16. qu. 7. Finckelth. d. l. n. 53. Si plures coniunctim ad exstruktionem templi sumtus subministrant, omnes simul Patroni sunt. Finckelth. d. l. n. 57. Vasallus quoque qui templum in fundo feudali aedificauit, ius Patronatus recte sibi vindicat. vid. B. Stryk. in Not. ad Brunnem. I. E. d. l. §. 6. Diff. Finckelth. d. l. n. 62. Inter Euangelicos autem acquisitionem iuris Patronatus per Aedificationem nonnullis abusibus obnoxiam esse, in aperto est vid. Tir. Probe d. l. §. 32. seq. I. Priu. d. l. §. 24.

(c) v. c. 30. 31. c. 16. qu. 7. c. 9. de Consecr. Dist. 1. c. 2. 4. 16. 30.

Abusu inter Euangelicos acquisitionis iuris patronatus per Aedificationem,

16, 30, d. Præb. c. 8. X. de Consecr. Eccles. Finckelth.

d. l. n. 64. Ratio, ob quam Ecclesia sit dotanda,

non obscure intelligitur ex c. 11. c. 7. qu. 1. c. X. de

translat. Episc. quæ satis equidem incongrua est.

vid. Tit. Probe L. 2. c. 1. §. 23. seq. I. Priu. L. 9. c. 5.

§. 11. Ceteroqui dos requiritur sufficiens, de

cuius quantitate vid. Ziegler. in Tr. de Dot. Eccles.

c. 7. n. 21. Tit. Probe d. l. §. 32. seq. I. Priu. d. l. §.

13. Interdum illam Parochiani conferre com-

pelluntur, utut alius ius Patronatus habeat. Tit.

I. Priu. d. l.

c) Dos Ecclesie sufficiens exigitur, et amque Parochiani interdum conferre debent, quamuis alius ius Patronatus habeat.

5  
2

[d] vid. Finckelth. d. l. n. 79. seq. Brunn. d. l. ibique B.

Stryk. adde notata ad hb. 6. in fin.

(e) vid. Dn. Boehmer. Schilt. Illustr. l. 1. t. 14. §. 5. ne-

que hic sufficit impetrasse consensum consi-

storii. Tit. Probe L. 1. c. 7. §. 31. I. Priu. L. 9. c. 4.

§. 13. Diff. B. Stryk. in Not. ad Brunn. I. E. d. l.

§. 5. qui solum ad Consistorii auctoritatem hic

prouocat. Nisi forte distinguas inter Consisto-

rium supremum & inferiora. Quamuis enim

iura circa sacra proprie spectent ad Senatum Ec-

clesiasticum, hic tamen plerumque coadunatus

est consistorio supremo. v. Carpzov. Iur. pr. Ec-

cles. l. 1. d. f. 12. n. 11.

e) Aedificatio Templorum absque consensu impetrantis fieri non potest, nec hec Consistorii auctoritas sufficit.

(f) Aduersus Ecclesiam alias liberam Ius Patro-

natus præscriptione quadraginta annorum ac-

quiritur vid. Const. El. Sax. V. P. II. Quibus ad-

dendum est quadriennium, intra quod Eccle-

sie datur restitutio in integrum vid. Clem.

C 3

f) Aduersus Ecclesiam alias liberam Ius Patronatus præscriptione quadraginta annorum acquiritur, sed intra quadriennium illi restitutio in integrum datur.

Ad præscri-  
ptionem Iuris  
Patronatus  
titulus non  
requiritur.

*Unc. de restit. in integr. j. c. 4. 15. X. de Præscr. c. pen. d. supplend. neglig. Prælat. 6.* Non autem heic opus est titulo. vid. Tit. *Probe d. l. §. 35. sequ. I. Priv. d. l. §. 14.* Diss. Finckelth. *d. l. n. 102.* B. Stryk. in Not. ad Brunn. *I. E. d. l. §. 8.* Sed cum tamen bona fides in hac præscriptione requiratur. Tit. Finckelth. Stryk. *dd. II.* deficientia tituli patrono nocebit plerumque, ut inde mala fides aduersus ipsum præsumatur.

[g] e. gr. Si de nouo Ecclesia sumtibus Domini Territorialis exstruatur, quo casu illum uni ex subditis Ius Patronatus concedere posse, nullus negabit. v. Tit. *I. Priv. d. l. §. 15.*

XVI.

Ius Patronatus omnnes acquirere possunt

Ab omnibus [a] seu masculis, seu foeminis

(b) Ius Patronatus acquiri [c] posse indubium est.

a) Etiam plures, ubi vincit pluralitas votorum,

(a) Etiam a pluribus vid. Brunn. *I. E. d. l. §. 8.* ibique B. Stryk. Quod si Ius Patronatus penes Collegium v. gr. Senatam vel Capitulum aut alias apud plures patronos sit, partis maioris sententiam in præsentando præferri, rationis est. vid. Dn. Boehmer. *Schilter. Illustr. d. l. §. 6.*

b) Etiam foeminae, quae in eius exercitio Curatoris non egent

(b) vid. *cap. 7. 25. X. de Iur. Patron. cap. 16. X. de Concess. Præb.* Finckelth. *d. Tr. c. 4 n. 4. sequ.* Nec foeminae in exercendo Iure Patronatus Curatoris indigent vid. Weif. *Disp. inaug. Hal. hab.*

*hab. an. 1712. de His que mul. Sax. val. citr. Curat. a-  
git. Th. 8.*

(c) Etiam a Pontificia Religioni addictis in Eccle-  
siis Euangelicis vid. Myler. ab Ehrenbach. *d. Stat.  
Imp. P. II. c. 88. §. 23. Brunn. I. E. d. l. §. 19. ibique  
B. Stryk.*

**XVII.**

Hoc non solum Actibus inter vivos e. *Ius Patro-*  
gr. Donatione (a) Permutatione (b) Vendi- *natus in a-*  
tione [c], Renunciacione (d), Inuestitura (e), *lios, Actibus*  
Locatione (f), Concessione in Vsumfructum *vel inter*  
(g) ac Sequestro (h); Sed etiam mortis cau- *vivos vel*  
sa v. gr. Successione ex Testamento (i) vel ab *mortis cau-*  
intestato (k) in alios transferri Iura (m) per- *sa trans-*  
mittunt. *fertur.*

(a) v. c. 5. 14. 23. 25. X. de Iur. Patron. Finckelth. *d. Tr.  
c. 5. n. 3. sequ.*

(b) v. c. 6. X. de rer. permut. Finckelth. *d. l. n. 3. Carpz.  
d. l. D. 93. 94. Dn. Boehmer. Schilt. Illustr. L. 1. t. 18.  
membr. III. §. 1. seq.*

[c] v. c. 13. X. de Iur. Patron. Finckelth. *d. l. num. 11.  
Nempe Ius Patronatus cum Vniuersitate vid.  
c. 16. X. eod. Finckelth. d. l. Brunnem. I. E. d. l. §.  
13. ibique B. Stryk. minus seorsim Tit. in der  
Probe d. l. §. 41. I. Priu. d. l. §. 17. vendi potest.  
Hoc etiam emtor Hereditatis si cum omni  
iure*

*o) Ius Patro-  
natus cum v-  
niuersitate,  
minus seor-  
sim vendere  
permissum  
est.  
Id etiam em-  
tori heredi-  
tatis, si cum  
omni iure il-  
la vendatur  
debetur.*

jure illa vendatur, nanciscitur. Finckelth. d. l. n. 13.

[d] v. c. 14. X. de Iur. Patron. Finckelth. d. l. num. 65. B. Stryk. in Not. ad Brunn. I. E. d. l. §. 10.

e) Qui inue-  
stitus est mit  
denen geistli-  
chen u. weltli-  
chen Gerich-  
ten / illi non  
ius Patrona-  
tus, sed ius  
Consistorii  
subordinare  
habendi  
competit.

(e) Finckelth. d. l. n. 9. B. Stryk. in Not. ad Brunn. I. E. d. l. §. 9. Si quis autem inuestitus sit mit denen geistlichen und weltlichen Gerichten illi non ius Patronatus, sed ius Consistorii subordinate habendi concessum erit. vid. Dn. Boehmer. I. E. Pr. L. 1. r. 28. §. 28. Beyer. d. disp. Thes. s. 11. b.

(f) v. c. 7. X. de Iur. Patron. Finckelth. d. l. n. 10. Carpzov. L. 5. Resp. 16. n. 14. Brunn. d. l. §. 14. ibique B. Stryk. & Einsd. Caut. Contr. Sect. 1. 2. c. 9. §. 12. Lynck. ad Decret. L. III. t. 38. §. 6.

(g) v. Brunn. I. E. d. l. §. 15. ibique B. Stryk. Tit. Prozebe d. l. §. 41. I. Priu. d. l. §. 17.

h) Creditores  
in bona de-  
bitoris obae-  
rati nisi ius  
Patronatus  
exercere non  
possunt.

(h) v. Cl. un. de sequestr. possess. & fruct. Finckelth. d. l. r. c. 6. n. 48. B. Stryk. Cautel. Contract. Sect. 2. c. 3. §. 20. sed creditores in bona debitoris obaerati missos ius Patronatus exercere posse arg. cap. cum Bertholdus 18 de sent. & re iudic. negant Finckelth. d. l. n. 50. Carpzov. d. l. D. 44. Brunnem. I. E. d. l. §. 16. ibique B. Stryk. Tit. cc. 11. A quibus abit Schilt. d. l.

i) Ius Patro-  
natus si Bo-  
nis allodiali-  
bus sic anne-

(i) v. c. 35. 36. c. 16. qu. 7. j. c. 3. X. de Iur. Patron. c. 41. X. de Testam. Finckelth. d. l. n. 66. sequ. Brunneman. I. E.

*I. E. d. l. §. 10.* ibique B. Stryk. Ius Patronatus etiam, si bonis allodialibus sit annexum ad fidei commissarium vniuersalem transmittit, vid. B. Stryk. *in Not. ad Brunnem. Jus Eccles. d. l. §. 11.* Lyncker. *d. l. Diss. Finckelth. d. l. num. 72. seqq.* Bruneman. *I. Eccles. d. l. legarique potest v. Finckelth. d. l. n. 74. Not. var. ad I. I. Canon. Lancellot. c. l. n. 554.*

xum, ad fidei commissarium uniuersalem transmitti, ac legari potest.

(k) Heic heredes omnes pro vna persona reputantur v. *Aph. III. b. lit. a.* ac successio in stirpes fit. v. *Finckelth. d. l. n. 69.* B. Stryk. *in Not. ad Brunnem. I. Eccl. d. l. §. 10.*

l] Qui ab intestato in ius Patronatus succedunt, pro una persona habentur, ac successio in stirpes fit.

(m) Cum consensu tamen si feudo cohæreat, eorum, quorum peculiariter interest.

XVIII.

Ius Patronatus in Ecclesiis Nostris iura factis eximia tribuit. Ad hæc sigillatim pertinet quod Patronus, Ministros (a) Ecclesiæ a se præsentatos, honore antecedit; Eius (b) in precibus publicis (c) mentionem fieri iustum sit; Ille nominis insigniumque memoriam in templo [d] conseruare, ac commodiori subsellio (e) vti possit. Quibus accedit, quod ob funus Patroni domesticum, Ecclesia patronata iustum publicum (f) gerere, mortuo sepulturam

*Iuris Patronatus peculiaris, que illud tribuit, iura referentur.*

D

ram



tam gratis; (g) ad incitas vero redacto, alimenta [h] præstare teneatur.

a) Honore Superintendentem Patronus minus antecedit; Nec si Iure Patronatus Vniuersitas polleat, singulis, sed toti collegio collectiue summo, honor præcedentiæ debetur.

b) Etiam pro Patroni uxore ac liberis preces institui oportet.

h) Ex ætario Ecclesiarum Evangelicarum Patronos inopes alendos esse, rectius negaveris.

(a) Non Superintendentem v. B. Stryk. *in Not. ad Brunn. I. Eccles. d. l. §. 25. Tit. Probe d. l. §. 48.* Sin Vniuersitas Iure Patronatus polleat, non singulis, sed toti Collegio collectiue summo honor præcedentiæ debetur. vid. Finckelth. *d. tract. c. 6. n. 41.*

(b) Etiam pro Patroni uxore ac liberis preces institui oportet, v. Dn. Bœhmer. *Schilter. Illustr. l. 1. t. 14. §. 8.*

(c) v. Carpz. *L. 2. D. 159. seq.* B. Stryk, *d. l. & Eiusd. Not. ad Brunn. I. E. L. 1. c. 6. §. 8.*

(d) v. Tit. *Probe d. l. §. 48. I. priu. d. l. §. 22.*

(e) v. O. *Eccl. El. Sax. Art. Gen. 36. in fin.* Dn. Bœhmer. *d. l.*

(f) v. Dn. Bœhmer. *Dissert. in Lucif. publ. §. 29.*

(g) v. Finckelth. *d. l. §. 148. Lynck. d. l. §. 10.*

(h) v. c. 19. c. 16. qu. 7. c. 25. *X. de Iur. Patron.* Finckelth. *d. l. n. 163. seq.* Brunnem. *d. l. §. 25. Not. var. ad Lancell. d. l. n. 572. seq.* Sed hoc inter Protestantes cessare non abs re contendit. Tit. *in der Probe d. l. §. 49. I. Priu. d. l. §. 22.* quum illorum non æque



✠ (27) ✠

atque de Pontificiorum Ecclesiæ opibus abundent.

XIX.

Denique ad Patronum, cura (a) rerum Ecclesiasticarum spectat. Absque consensu illius, nec permutatio voluntaria (b) officiorum Ecclesiasticorum fieri, nec quicquam in Ecclesia se-  
peliri [c], potest.

*Ab hac non-  
nulla iura,  
qua Patro-  
nus habet,  
heic im-  
duntur.*

(a) v. d. O. *Eccl. Art. 35. Finckelth. d. l. n. 155. Carpz. d. l. D. 316. Brun. d. l. §. 24. ibique B. Stryk.*

(b) v. Carpz. d. l. L. 1. D. 94. Dn. Böhmer. *I. E. Pr. L. 1. §. 7. §. 27.* At in Translatione Ministrorum Ecclesiæ, Patroni consensus minus necessarius est v. Carpzov. *L. 3. D. ult. num. 14. Dn. Böhmer. d. l. §. 17.* Reuerentia tamen Patrono debita exponit, vt ei translatio a translato indicetur. Dn. Böhmer. *d. l.*

*b) In Trans-  
latione Mini-  
strorum Ec-  
clesiæ Patro-  
ni consensus  
minus neces-  
sarius est.*

(c) vid. Carpz. *L. 2. D. 390. n. 8. seq. & L. 3. D. 106. n. 11.*

XX.

Falluntur vero qui Patronum ius Sacra re-  
formandi (a) Ministros [b] Ecclesiæ remouendi  
(c) iis suggestu interdicens (d) vel renouandi (e)  
vocationem habere credunt.

*De Iuribus  
Patrono  
negatis.*

(a) v. *I. P. O. & M. art. 5. §. 44. Finckelth. d. l. n. 75. seq. Carpz. L. 1. D. 69. n. 1. Ziegl. de Iure Maj. L.*

D 2

1. 6.



❁ (29) ❁

*de iudic. c. 16. X. de Iur. Patron. referunt. v. Beyer. d. disp. th. 17. lit. d.*

(b) v. Finckelth. *d. tr. c. 8. n. 1. seq. Carpz. L. 3. D. 2. n. 20. Beyer. d. l.*

(c) vid. Berg. *Oeconom. Iur. L. 4. t. 4. Not. 8.* Contrarium tuetur Dn. Bœhmer. *d. l. §. 21.* Vbi causam iuris Patronatus in possessorio, etiam in foro politico ventilari posse statuit; Id quod praxis etiam plerorumque locorum seruat.

## XXII.

Patronus in exercitio Iuris Patronatus turbatus, uti potest remedio vel petitorio (a) vel possessorio [b] eoque, siue ordinario (c) siue summario [d].

(a) v. gr. Actione confessoria vel negatoria uti v. Finckelth. *d. l. n. 31.* Vtriusque formulam exhibet B. Schwendend. in *Expos. spec. Act. Forens. Sect. II. Membr. 1. Art. 405. seq.*

(b) e. gr. Interdictio uti possidetis vel pro natura negotii unde vi uti. Finckelth. *d. l. n. 33. seqq.* Omnino autem expedit possessorio potius quam petitorio iudicio agere. Finckelth. *d. l. n. 29.* Dn. Barth. *Hodeg. Forens. c. 5. §. 1.* Idcirco si plures de Iure Patronatus litigent, possessor tamdiu defendendus est, donec aduersarius

D 3

rius

a) Frustra sunt, qui ius Patronatus ad causas, spiritualibus annexas, referunt.

*De remediis, quibus Patronus in exercitio iuris Patronatus turbatus, uti potest.*

b) Expedit possessorio potius quam petitorio iudicio agere. Si plures de iure Patronatus litigent, in dubio pro possessore.

pronuncian-  
dum.

c) in posses-  
sorio ordina-  
rio, quantitas  
ac qualitas  
possesionis.  
d) in summa-  
rio solum-  
modo factum  
possesionis  
praesentanea  
attenditur.

rius melius ius docuerit vid. Carpvov. *L. 1. D.*  
*21. B. Stryk. in Not. ad Brunnem. 1. E. L. 2. c. 8.*  
*§. 8.*

(c) In illo quantitas ac qualitas possessionis.

(d) In hoc solum factum possessionis praesentanea  
attenditur vid. Finckelth. *d. l. n. 40. seq.* Berg. *Oeco-*  
*nom. Iur. L. 4. t. 30. §. 5. Not. 2. seq.* Dn. Barth. *d. l.*  
*§. 5. seq.*

XXIII.

*Ius Patro-*  
*natus vel*  
*vere vel*  
*praesumptive*  
*probatur.*

Ius Patronatus vel vere (a) vel praesumptive (b) probari posse, inter omnes conuenit.

(a) e. gr. per Testes, vel Documenta Finckelth. *d. l.*  
*n. 46. 47. & 55.*

(b) v. gr. Ex inscriptione lapidum, Insignibus foris templi praefixis, Finckelth. *d. l. num. 51.* Lynck. *d. l.*

XXIV.

*Ius Patro-*  
*natus amit-*  
*titur vel in*  
*totum, vel*  
*pro parte.*

Id uti in Ecclesiis Nostriis recte [a] toleratur; Ita vel in totum e. gr. Abusu; (b) Praescriptione, (c) Vnionem, (d) Confiscationem Bonorum, (e) ac Ruina templi, (f) vel ex parte v. gr. Negligentia [g] Patroni, amittitur.

[a] v.

[a] v. B. Stryk. in Not. ad Brunn. *I. E. d. l. §. 1. Not. var. ad Lancell. n. 562. Tit. Probe d. l. num. 62. seq. I. Priu. d. l. §. 26. 27.*

(b) vid. *Ord. Eccles. Elect. Sax. Rubr. vom Examine aller Kirchen-Diener. §. Wir wollen auch hiermit. Art. Gen. 1. §. Wir wollen. Ad Can. 28. c. 1. qu. 1. Finckelth. d. Tr. c. 5. n. 133. & c. 6. num. 12. e. gr. Si Patronus venales habuerit Parochias, ac plus licitantem præsentet. vid. B. Stryk. in Not. ad Brunnem. I. Ecces. d. l. §. 28. Carpzov. L. 1. D. 40. num. 5. Tit. Probe d. l. §. 44. & 53. sequ. I. Priu. d. l. §. 19. Heic tamen causæ cognitio requiritur. Brunn. d. l.*

[c] Iuri Patronatus autem contra priuatum Ordinario tempore præscribitur. vid. Carpz. *L. 1. Resp. 34. n. 16. Berg. Oeconom. Iur. L. 2. t. 2. §. 23. Not. 5. Tit. Probe d. l. §. 51.*

Iuri Patronatus contra Priuatum ordinario tempore præscribitur.

(d) vid. Finckelth. *d. Tr. c. 5. num. 57. seqq. Carpzov. d. l. D. 155. seqq. Dn. Bœhmer. Schilt. Illußer. L. 1. t. 3. §. 13. sequ.*

(e) Dummodo Ius Patronatus Bonis cohæreat v. B. Stryk. ad Brunnem. *I. E. d. l. §. 16. Quo casu ad Fiscum deuoluitur. vid. Not. Var. an Lancell. num. 582. Lynck. d. l. Confer iam supra dicta aphor. 3. lit. a.*

(f) vid. Finckelth. *d. l. n. 9. Brunnem. I. E. d. l. ibique*

que B. Stryk. <sup>☼ (32) ☼</sup> Tit. Probe d. l. S. 54. I. Prius. d. l.  
§. 23.

(g) vid. Aphor. IX. b. lit. a.

*Epilogus.*

XXV.

Ita potioribus Argumenti Nostri momen-  
tis summatim expensis, heic finio; DEO TRI  
UNI pro immensa IPSIUS ac profus  
singulari in Me GRATIA æternas  
laudes tribuens.

F I N I S.



= Halle, Diss  
1715 T-2

ULB Halle 3  
002 101 513



sb

Vol 18









B.I.G.

Farbkarte #13

6

1715, 21

24c

RECIPVA  
ATRONATVS  
ARVM PROTE-  
VM VULGARIS  
APITA,

QVAE  
VSPICE DEO  
MAGNIFICENTISSIMO,  
PRINCIPE AC DOMINO,  
O CAROLO,

Æ, MARCHIONE BRANDEN-  
GICO, CETERA,  
FRIDERICIANA,  
PRÆSIDE  
ANO THOMASIO,  
LIARIO INTIMO, UNIV. FRIDER.  
CESS. PRIMARIO, FACVLTATIS  
DINARIO ET h. r. DECANO,

LICENTIA  
URE HONORES atque PRIVILEGIA  
RALIA consequendi,  
no MDCCXV. Horis ante- & pomeridianis  
DITORIO MAJORI  
itorum ventilationi exponit  
REDVS NEVBER, Lipl.

MAGDEBVRGICAE,  
ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

